495 ~~06~~ 485 25 +

anno in annum et hic rate querer usque ad executionem et summa integram in dimissam exolutionem obligauit submisit. Intromittit exnunc officio acceptans licet admittit. Pacem ab omnibus personis occasione praemissorum moroso tempore tenute eius cauet sub vadio simili aliorum Decem Sexagenarum polon. Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptoria responsione.

Frankowskij Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Albertus de Matzyi Tryskoskowsky de Tryskolas antiqua haer. Sanus mente et corpore exns palam publice recognouit. Quia sibi Generosus Martinus Frankowskij in Wyskowo et Borzolowo haer. Summam Centum Florenorum polon. debiti sibi recognoscenti per eum coram actis hisce in scripsit ex integro persoluit ideo ipsum quietat et inscriptionem eiusmodi cassat perpetuo.

Actum in curia Regia Branscensi Feria quinta post Dominicam inuocauit Quadragesimalem proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

Dzierski Zembki Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Reuerendus Stanislaus Dzierzek Vicarius Ecclesiae in Goszowo filius olim Generosi Pauli Dzierzek Camerarij Terrae Bielscen. in Dzierzki haeres Sanus mente et corpore exns palam publice ac libere verbisque per expressis recognouit. Quia Nobilibus Adamo et Joanni Dzierskom fratribus suis germanis et eorum posteris bona sua omnia mobillia et immobillia in haereditate Dzierski Zembki Consistentia se recognoscen. post utrosque parentes iure naturali successionis concernens, in areis hortis agris, pratis, campis, sylvis rubetis fluuijs stagnis piscinis pomarijs et generaliter cum omnibus utilitatibus attinentijs exceptis aedificijs lienalibus quae solummodo Dni eorum Ioanni seruire debeat cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario perpetuo et in aeuum dedit donauit et inscripsit et resignauit. Quibus eandem exnunc realem intro... cum actuali ac pacifica possessione per ... et ... quem et quos sibi facilius conducere poterit ... dat et admittit. Submittitque se idem ipse recognoscens eorundem donatarios suos et eorum posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico omnium et singularum personarum propinquarum et remotarum occasione praemissorum per eos ... omnes ... tueri defendere ... eliberare, intercedere pacificare, solusque tam per se quam per ... suis submissas et subordinatas personas non inueniant sub damnis ... simplicitur taxatis et edicendis. Et coram officio Castren. ... censi peremptoria responsione ac satisfactione omnibus ... exceptionibus allegationibus dillationibus appellationibus motionibus euasionibus.